

Quoniam seruire deo regnare est: eius seruicis nos opam dare oportet. quatinus ei seruiamus inherentes. ubi & ipse perpetuo regnat nos & regnare concedat. Quia propter Raimundus Berengarius dei gratia barcinonensis comes & puina alui marchio una cum uxore mea dulcia. Scilicet marie antipolitane sedis ecclesie destructioni que propter sarracenorum incursum euenerit copacientes: ut de tam graui ruina nostre donationis auxilio ipsa ecclesia releuaretur. Manfredo eiusdem ecclesie episcopo. misericorditer adiuuam. Donationis utque titulo predictae sedis ecclesie nominato episcopo. eiusque successoribus atque canonicis ibidem simul de generibus perpetuo stabilitatis tenore. laudamus atque concedimus. ut ubicumque in episcopatu antipolitano uel extra adquirere poterint. saluo iure nostro adquirant. & pleno dominio nostra concessionem possideant. in eternum. Preterea donamus atque laudamus omnem dominium quod Rotlandus & Poncius & Rostagnus & Idalmaci. habuerunt in castro quod dicitur auribel. cum omnibus ad ipsum castrum pertinentibus: ut predicta ecclesia in omnibus & in partibus sine omnium aduersariorum inquietudine libere possideret. Precibus quoque prefati episcopi assensientes. donauimus publicitate sedis ecclesie domini omnem quod Rotlandus aliusque predicti coheredes habuerunt in omni antipolitano episcopatu. siue in terris cultis & incultis. siue in uicis. siue in nemoribus. siue in uenationibus. siue in pratis. siue in aquis. siue in aquarum decursibus. siue in molendinis factis. siue faciendis. siue in quibuslibet aliis: adeo quod omnium pertinentibus. ut totum quod eorum domino subiacebat. de cetero antipolitane ecclesie aduersariis suisque canonicis subiiciendo deseruiret. Ad hec uero antipolitane ecclesie necessitas. prudentes. omnem dominium illius honoris cum suis appendiciis que quilibet iniqua & graua crasse habuit ipsi ecclesie eo tenore donauimus: donando laudauimus. & in futurum. si quis in futurum predicti guillelmi possessor existeret. sub eiusdem ecclesie & ipsius. suorumque canonicorum se possessorem esse fideliter seruare. si quis ecclesie dei aduersari hanc donationem irrumpe temptauerit. debite damnationis sententiam incurrat. in super & libere iuri antipolitane ecclesie persoluat. Facta est carta ista anno ab incarnatione domini. millesimo. cccc. lxxv. luna. ii. Indictione. iiii.

S. RAIMUNDI COMES: SODVLIE. V. X. C. C. C. C.

Giraldus poncius ille. testis. huius laudationis. Guillelmus de bolbo testis. Bertramus de cuallun. testis. Gaufridus uiceromes. testis. Gaufridus de reilana. testis. Raimundus gaufridi. testis. Raimundus de dalfino. testis.

Signum poncii aui ex precepto Raimundi comitis. et dulcis comitis

Dei gratia. scripsit